HIERONYMUS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS. ISIDORUS HISPALENSIS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 100v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25978
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Asedoth urbs amorreorum quae cecidit in
sortem tribus ruben. Appellatur autem addi
to cognomento asedoth fasgan quod
in nostra lingua resonat abscisum.
Abarim mons in quo mortuus est moyses.
Dicitur autem et mons esse nabau in terra mo
ab contra iericho super iordanem in super
cilio fasga. ostenditque de libiade as
cendentibus in esbun antiquo hodieque
uocabulo iuxta montem fegor nomen
pristinum retinentem. a quo circa eum regio
usque nunc appellatur fasga. manasse.
Auothiair quod interpretatur enayaici
air. hec est basan in qua sunt uici lx. in mon
te galaad. qui ceciderunt in sortem dimi
die tribus manasse. qui locus nunc uocatur gola
A in terra batanea. De libro Ihesu.
Antilibanus ea quae sunt super libanum. ad
orientalem plagam respicientia anti
libanus appellantur circa regionem ur
bis damasci. quae cecidit in sortem tribus.
Ahecha ciuitas chananeorum in parte
tribus iude ad quam usque persecutus est ihesus.
reges. sed et usque hodie uocatur uilla
ahecha inter eleuteropoli et heliam.
Aialon uallis atque preruptum super quod
orante ihesu quondam luna stetit iux
ta uillam quae usque nunc aialon dicitur. contra
orientem bethelis tribus ab ea milibus
distans. haut procul a gabaa et rama
saulis urbibus. Porro hebrei affirmant
aialon uicum esse iuxta nicopoli in
secundo lapide pergentibus heliam.
Achor: hebraice dicitur emecachor quod
interpretatur uallis tumultus siue
turbarum. eo quod ibi tumultuatus
et turbatus sit israel. in qua lapidauerunt
quondam achan propter furtum anathe
matis. Est autem ad septentrionem
iericho. et usque hodie a regionis
illius accolis sic uocatur. Meminit
huius osee propheta. interfecto.
Asedot. alia hec ciuitas non quae supra
licet eodem uocetur nomine. quam ex
pugnauit quondam ihesus rege illius.
Asor ciuitas regni iabin quam solam
incendit ihesus quia metropolis erat
omnium regnorum philistiim. Est et
alia uilla usque hodie asor in finibus
ascalonis contra orientem eius quae cecidit
in sortem tribus iude cuius et scriptura
meminit. appellans eam ad distinc
tionem ueteris asor nouam. deferuntur.
Aermon regio eueorum quam obtinuit
ihesus. Ebreus uero quo prelegente scrip
turas didici affirmat montem er
mon paneadi in minere quem quondam
tenuerunt euei et amorrei. de quo
nunc estiuis niues tyrum ob delicias.
Ahalath mons quem aquila interpretatur
diuidentem montem et symachus leuem
montem idest limpidum siue lubricum.
Aermon mons amorreorum de quo nunc
dictum est quem phenices uocant
sanior